

# Trigesimus nonus

Lacertas quoque pluribus modis ad oculos remedia assumunt. Alii enim uiridē includūt nouo fictili ac lapillos qui uocantur canidia: quæ & inguiniū tumoribus adalligari solent: nouem singulos fictilis signantes: & singulos detrahunt per dies nono emittunt lacertā. lapillos seruant ad oculos dolores. alii terram substernunt lacertæ uiridi excecata: & una in uitreo uase annulos includūt e ferro solido uel auto: cū recepisse uisū lacertā apparuerit p uitrū emissa ea annulis contra lipitudinem utitur alii capitis cinere pro stibio ad scabritias. Quidā uiridem longo collo in sabulosis nascētem cōburunt & incipientē epiphoram inungunt, & item glaucomata. Mustelæ etiam oculis pūctū eritis aiunt uisum teueri: eademque quæ in lacertis & annulis faciunt. Serpentis oculos dextrum adalligatum contra epiphoras prodesse si serpens uiua dimittatur. lachrimantibus sine fine oculis cinis stellionis capitis cū stibio eximie medetur. aranei muscarii tela: & præcipue spelunca ipsa iposita fronti ad duo tempora ita ut a puero impube & capiatur & iponatur. nec is triduo se ostendat ei cui medetur neue alteruter nudis pedibus terram atingat his diebus: mirabiliter epiphoras mederi dicunt albugines quoque dicitur tollere inunctione araneus candidus longissimis ac tenuissimis pedibus cōtritus in oleo uetere. Sed is etiā cuius crassissimū textū est ut contignationibus fere adalligat pāno epiphoras sanare traditur. Scarabei uiridis natura contuentiū uisum exacuit: itaque gemmæ sculptores contuitu eorum acquiescunt. aures purgat fel pecudis cum melle. Caniniq; lactis instillatio sedat dolorem. Grauitatem adeps cū absinthio & oleo uetere. item adeps anserinus. Quidam adiciunt succū cepæ & alii pari modo. Utuntur & per se ouis formicæ. namque & huic animali est medicina: constatque urfos ægros hoc cibo sanari. Anserū quoque & omnium auium adeps preparatur: exemptisq; uenis oibus patina noua fictili operta in sole: subdita aqua feruente liquatur. Siccaturque lineis saccis in fictili nouo repositus loco frigido minus putrescit addito melle. Muriū cinis cū melle instillat aut cū rosaceo decoctus auriū dolores sedat. Si aliquod animal in aurē intrauerit: præcipuū remediū ē muriū aceto dilutū. Si aqua intrauerit: adeps anserinus cū cepæ succo. Gliris detracta pelle: intestinisq; exemptis decoquit melle in uase nouo. Sed medici malunt nardo decoqui usq; ad tertias: atque ita asseruari: deinde cū opus sit strigili tepesfacta infundere. Constat deplorata auriū uitia eō remedio sanari. Aut si terreni uermes adipe anseris decocti infundantur. item ex arboribus rubri cū oleo triti exulceratis & ruptis auribus præclare medentur. lacertis inueterati in os pendentium addito sale cōtusi & ab ictu læsas aures sanant. Efficacissime autem ferrugines maculas habentes. lineis etiam per caudā distincte. millepeda: ab aliis centipeda aut multipeda dicta: animal est uermibus terræ pilosum multis pedibus arcuatim repens tactusq; contrahens: se oniscon græci uocāt: alii tilon. Fiaciter sanat auriū dolores in cortice punici mali decoctū & porri succo. addunt & rosaceū & in alteram aurem infundunt illam autem quæ non arcuatur sepa græci uocant. alii scolopendram. minorem perniciosāque Cochleæ quæ sunt in usu cibi cū myrrha aut thuris polline appositæ. itē minutæ & latæ fracturis aurium illinuntur cū melle. Senectus serpentiū feruente testa usta instillatur rosaceo ammixto contra omnia quidem uitia efficax: sed contra grauiōientiam præcipue. aut si purulētæ sunt ex aceto. meli cū felle caprino uel bubulo: aut testudinis marinæ. Vetusior anno eadē mēbrana non prodest: nec gymbre perfusa: ut aliqui putant. item aranei sanies cū rosaceo: aut per se in lana uel cum croco. Auribus prodest grillus cū sua terra effossus & illitus. magnam auctoritatem huic animali perhibet nigidius: maiore magi: quoniam retro ambulet: terramq; terebret: stridat noctibus. Venatur eum formicæ circunligatæ capillo in cauernam eius coiectæ efflato prius puluere ne sese cōdat: & ita formicæ cōplexu extrahitur. Ventris gallinaceæ membrana quæ abiici solet inueterata & in uio trita auribus purulentis calida infunditur. Gallinæ quoque adeps. Est & quædam pinguitudo blattæ si caput auellatur. Hanc tritā una cū rosaceo auribus mire prodesse dicunt. Sed lanā qua incluserit post paulū extrahendā. Celerrime enim id pingue transire in animal fieriue uermiculū. Alii binas ternasue in oleo decoctas efficacissime auribus mederi scribunt: & tritas in linteolo impoi cōtusi. hoc quoque animal inter pudenda est. Sed propter admirationem naturæ priscoque curam totum in hoc loco explicandū plura eorum genera fecerunt. molles quas in oleo decoctas uerrucis efficaciter illini experti sunt. altæ genus myloecon appellauere circa molas fere nascens. has capite detracto attritas lepras sanasse musa & picton: in exemplis reliquerunt. Tertiū genus odoris tedio inuisum exacuta clune cū pisseleo sanare tradunt alias insanabilia. strumas panos diebus. xxi. impositas percussa: contusa: cacoethe: scabiem: furunculoseq; detractis pedibus & pennis. nos. hæc etiam auditu fastidimus. at hercule Diodorus & morbo regio & orthopnoicis restitisse tradit cū resina & melle. Tantū potestatis habet ars ea pro medicamento dandi quicquid uelit. humanissimi eorum cinerem erematorum reseruādū ad hos usus in cornea pyxide censere. aut tritas clysteribus infundendas orthopnoicis: aut rheumaticis. infixæ utique corpori illitas extrahere constat mel utilissimū auribus quoque est in quo apes

D iū

zonidia  
uetus le  
cti. her  
Cinedia

mel  
melle  
melle

Vel my  
laceris

laceris  
laceris  
laceris